

etiam ante Troiana tempora inuenimus apud Home-
rum. Illo uero prodente ne terram quidem ipsam to-
tam fuisse, quae nunc Aegyptus intelligitur, cum in
Sebemytico saltem eius nominis charta nascatur.
Postea adaggeratam Nilo. Siquidem à Pharo insula
quae nunc Alexandria ponte iungitur, noctis dieique
uelifico nauigij cursu terrā fuisse prodidit. Mox am-
ulatione circa bibliothecas regum Ptolemæi & Eumē-
nis, supprimente chartas Ptolemæo, idem Varro mē-
branas Pergami tradidit repertas. Postea promiscue
patuit usus rei, qua constat immortalitas hominum.
Papyrus ergo nascitur in palustribus Aegypti, aut
quiescentibus Nili aquis, ubi euagatæ stagnant, duo
cubita non excedente altitudine gurgitum, brachiali
radicis obliquæ crassitudine, triangulis lateribus, de-
cem non amplius cubitorum longitudine in gracilita-
tem fastigiatum, thyrsi modo cacumen includens. Se-
mine nullo, aut usu eius alio quàm floris ad deos coronan-
dos. Radicibus incolæ pro ligno utuntur: nec ignis tan-
tum gratia, sed ad alia quoque utensilia uasorum. Ex
ipso quidem papyro nauigia texunt. Et è libro uela,
zegetesque, necnō et uestem, etiam stragulam ac funes.
Mandunt quoque crudum decoctumque, succum tantum
deuorantes. Nascitur & in Syria, circa quem odora-
tus ille calamus lacum. Neque alijs usus est, quàm inde fu-
nibus rex Antigonus in naualibus rebus, nondum
sparto communicato. Nuper & in Euphrate nascens
circa Babylonem papyrus intellectum est eundem
usum habere chartæ. Et tamen adhuc maluit Parthi
uestibus literas itexere. Preparatur ex eo chartæ, di-
uiso acu in pratennes, sed quàm latissimas philuras.

De generibus chartarum, & quomodo chartæ
fiant, & de chartarum probatione, & vitijs
& glutino earum.

CAP. XII.

Pincipatus medio, atque inde scissuræ ordine. Hier-
atica appellabatur antiquitus, religiosi tantum
uoluminibus dicata, quæ ab adulatione Augusti
nomine accepit, sicut secunda Liuiæ à coniuge eius. Ita de-
scendit hieratica in tertium nomen. Proximū amphi-
theatrica datum fuerat à confecturæ loco. Excepit hæc
Romæ Fannij sagax officina, tenuatque; curiosa inter-
polatione principalem fecit è plebeia, et nomen ei de-
dit. Quæ non esset ita recurata, in suo mansit amphi-
theatrica. Post hanc Saitica ab oppido, ubi maxima
fertilitas ex uilioribus rametis: propiorque; etiamnum
cortici Tæmotica à uicino loco, pondere iam hæc, non
bonitate uenalis. Nam emporctica inutilis scribendo
inuolucris chartarum segestriumque; in mercibus usum
præbet, ideo à mercatoribus cognominata. Post hanc
papyrū est, extremumque; eius scirpo simile, ac ne funi-
bus quidem nisi in humore utile. Texunturque; omnes tabule
madentes Nili aqua. Turbidus liquor uim glutini
præbet, cum primo supina tabula scheda adlinitur, lon-
gitudine papyri, quæ potuit esse res geminibus utrinque;
amputatis. Transuersa postea crates peragitur. Pre-
mitur deinde prælis, & siccantur sole plagula, atque

inter se iunguntur, proximarum semper bonitatis di-
minutione ad deterrimas. Nunquam plures scapo quàm vice-
næ. Magna in latitudine earum differentia, tredecim
digitorum optimis. Duo detrahuntur hieratica. Fan-
niana denos habet. Et uno minus amphitheatica.
Pauciores Saitica, nec malleo sufficit. Nam empor-
ctica breuitas sex digitos non excedit. Præterea spe-
ctatur in chartis, tenuitas, densitas, cædor, læuor. Pri-
matum mutauit Claudius Cæsar. Nimia quippe Au-
gusta tenuitas tolerandis non sufficiebat calamis. Ad
hoc transmittens literas lituræ metum afferebat ad-
uersis, & alias indecoro uisu pertrās lucida. Igitur &
secundo corio statumina facta sunt è primo sub tegmi-
ne. Auxit & latitudinem. Pedalis erat mensura, &
cubitalis macrocolis. Sed ratio depræhendit vitium,
unius schedæ remulsiōne plures infestante paginas. Ob
hoc prælata omnibus Claudia, Augusta in epistolis
autoritas relicta: Liuiana suam tenuit, cui nihil è pri-
ma erat, sed omnia è secunda. Scabritia læuigatur den-
te cōchaue, sed caducæ literæ sunt. Minus sorbet po-
litura charta, magis splendet. Rebellat sæpe humor
incuriose datus, primoque; malleo depræhenditur, aut
etiam odore cum fuerit indigentior. Depræhenditur
& lentigo oculis, sed inserta medijs glutinamentis
tenia, fungo papyri bibula, uix nisi litera fundente se-
tantum inest fraudis. Alius igitur iterum texendis la-
bor. Glutinum uulgare è pollinis flore temperatur
feruente aqua, minimo aceti aspersu. Nam fabrile
gummiisque; fragilia sunt. Diligentior cura, molli panis
fermentati colata aqua feruente: minimum hoc mo-
do intergerij, atque etiam Nili lenitas superatur.
Omne autem glutinum, nec uetustius esse debet uno
die, nec recentius. Postea malleo tenuatur, & iterum
glutino percurritur, iterumque; cōstricta erugatur atque;
extenditur malleo. Ita sunt longinqua monumenta
Tiberij Cæijque; Gracchorum manus, quæ apud Pom-
ponium secundum uatem ciuemque; clarissimum uidi
annos fere post ducentos. Iam uero Ciceronis ac diu-
Augusti Vergilijque; sæpenumero uidemus.

De libris Numæ.

CAP. XIII.

Ingentia quidem exëpla contra Varronis senten-
tiam de chartis reperiuntur. Namque; Cassius Hemi-
na uetustissimus autor annalium, quarto eorum li-
bro prodidit, Cn. Terentium scribam agrum suum in
Ianiculo repastinantem offendisse arcam, in qua Nu-
ma qui Romæ regnauit situs fuisset. In eadem libros
eius repertos P. Cornelio, L. F. Cethego, M. Bebio, Q.
F. Paphilo COSS. ad quos à regno Numæ colliguntur
anni d. xxxv. & hos fuisse è charta: maiore etiam-
num miraculo, quod tot infossi durauerunt annis. Qua-
propter in re tanta ipsius Hemine uerba ponam. Mi-
rabantur alij quomodo illi libri durare potuissent.
Ille ita rationem reddebat: Lapidem fuisse quadratū
circiter in media arca uinctum candelis quoquo uer-
sus. In eo lapide insuper libros impositos fuisse, pro-
pterea arbitrarier eos non cōputruisse. Et libros ce-
dratos